



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90118014**

§. 51. Imperator se schisma abjecturum simulat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII.  
A.C. 1167.

## §. LI.

*Imperator se Schisma abjecturum simulat.*

Inter hæc Friderico Imperatori, amissis 11. ep. 662

copiis, cum etiam Longobardiæ urbes  
ab ipso defecissent, via qua ex Italia evade-  
ret, non occurrebat. In his angustiis  
positus aures dedit cuidam Ordinis Car-  
tusiensis viro, sibi olim admodum fa-  
miliari, qui ipsum exerto Schismate  
fugerat. Is itaque cum lacrymis Impera-  
tori suggestit, nunquam securam pacem  
inventurum esse, nisi Ecclesiæ recon-  
ciliaretur, ab eoque obtinuit, ut dice-  
ret, vocaturum se Priorem Magnæ Do-  
mus Cartusiensis, Abbatem Cistercien-  
sem, & Episcopum Papiensem, prius  
a se depulsum, & promissurum, quod  
eorum consilia in omnibus amplecti  
vellet, si modo ipsi in se susciperent rea-  
tum violati juramenti, quo se obstrin-  
xisset

Rr 3

Imperatoris aut alterius Principis jure supremo  
gladii utens factum non appareat. Sed non  
adeo obstupescendi est locus, quia Canonum  
ignorantia laborasse hoc Tribunal ex eo con-  
stat, quod Probationem vel per ignem vel per  
aquam, a Conciliis dudum rejectam, adhuc licite  
adhiberi posse crediderit.

Sæcul. XII. xisset, nunquam futurum, ut Alexan.  
A. C. 1168. drum Papam reciperet.

Hoc Friderici propositum, cuncti, ad quorum aures devenit, magno gaudio exceptum est, atque Longobardi, hujus Principis conversionem sperantes, mitigari cœperunt.

Ergo Prior Cartusiensis, Episcopus Papiensis, & Geofridus Episcopus Antiodorensis, olim Cisterci Abba, quem Abbas Cisterciensis, tunc gravi morbo decumbens, miserat, vices suas obitum, itineri se dederunt, præmisso quodam viro Religioso, qui locum & tempus colloquii ab Imperatore exquireret. Sed cum interim Marchio Montisferrata Comite Vallis Maurianæ cognato suo, initis conditionibus, obtinuisset, ut Imperatori in Germaniam reddituro transiit concederet, ille jam securus respondit; frustra ad se venturos esse Praefules, nisi Angelum de Cœlo secum adducerent, omnibus conspicuum, audono miraculorum, velut leprosos sanandi, vel mortuos ad vitam revocandi, prædicti essent. Quibus auditis ad suum reversi sunt. Sic ex Italia effugit Imperator mense Martio anno millesimo certesimo sexagesimo octavo, noctu iter faciens, in famuli habitu, usque dum per agrato Burgundiæ comitatu in Germaniam pervenit.

*Cont. Acerb.  
Mor. p. 847.*

§. LII.